



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectvra Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

Art. I. Instrumenti delineatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](#)

## 604 OPUSCULUM VII. SERMO VIII.

quid est, nisi ascensio animæ de terris ad cœlestia? Tamen altè au-  
tem per hoc Tympanum ascendit, ut ad thronum altissimi perveniat. (c) Nam oratio humiliantis se nubes penetrat,  
& non discedit donec altissimus respiciat.

(a) Psal. xxxvii. 5. (b) Serm. 230. de Temp. (c) Eccl. xxxv. 11



## S E R M O IX.

## TROCHLEA

*Architecti Christiani.*

COMPUNCTIO. CHARITAS.

## ARTICULUS I.

*Instrumenti delineatio.*

**V**SITATUM est in officina architectonica instrumentum, quod dicitur Trochlea: (a) eam licet describere, Machina tractoria cum æneo ligneove orbiculo, qui circum axiculum versatur: habet autem funem ductorium, qui per trochleæ orbiculum traiicitur. Alii sic definiunt, Est instrumentum cum orbiculis ad sublevanda, & demittenda onera. Vel, Rotula striata è ligno aut ære, qua aqua hauritur fune ductario, & hydria. Budæus scribit, Trochleam significare totâ illam machi-

(a) *Trochlea polyphastos. τροχλης. τροχλεια.*

nam

ham  
rott  
&  
culu  
polia  
res

V  
gen  
Mon  
quan  
discu  
pleni  
mas.  
ad al  
dicant  
punct  
men

H  
virtu

## TROCHLEA ARCHITECTONICA. 603

nam, quæ continet rotulam & axiculum, per rotulam traiectum, circa quem rotula versatur & præterea, ductarium funem; qui circa orbiculum æneum currit, quales in puteis videmus, quas polias vocant. Vitruvio, *Trochlea* *polispastos* est, in qua plures orbiculi striati versantur.

---

### ARTICULUS II.

#### *Trochlea - Compunctionis*

UT Trochleam videtur concepisse virtutem Compunctionis D. Gregorius Papa mirè felix in confingendis imaginibus symbolicis. Sic autem scribit libro I. Moral. cap. xxxv. *Virtutum sensus*, hoc est, pondera, & quanti quæque sit virtutis actio, ac qualis, melius preces, quam discussiones inveniunt. Nam ea quæ perscrutari in nobis metipsis plenius nitimur, sèpe verius orando, quam investigando penetramus. Cum enim mens per quandam Compunctionis machinam ad alta sustollitur, quod ei de se ipsa occurreret, sub se ipsa diuidando certius contemplatur. Dum audeo Machinam compunctionis, obiicitur animo veluti Trochlea quædam quam mens ad altiora trahitur.

---

### ARTICULUS III.

#### *Trochlea - Caritas.*

Haud minus congruè, ut existimo, tanquam *Trochlea* apprehendetur *Caritas*. Quia virtute fit, ut omnes virtutes alię veluti per ductorium funem rotule circum-

Pp 1 posse